

§ XVI.—*Expensas supra taxam ne exigat: et in actis ipsis, quod acceperit, scribat.*

Tam pro petitionibus, instrumentis, processibus, et probationibus, quam pro scripturis, quae ab eis confectae, vel coram eis productae sunt, quicquam aliud non accipiant, ultra id, quod a Iudice, vel a Persona ad id deputata praefinitum sit, aut juxta hujus Synodi taxam aestimatum, et in actis, quod pro mercede acceperint, conscribant, fidemque faciant, praesente eo, qui persolvit, litigatore, qui se subscribat, ipso vero nesciente subscriptionem, facere, id ejus Procurator praestet, sub poena reddendi quadruplum, si semel secus fecerint; si bis, duplo mulctentur, ac mulctae pars tertia nuntiatori applicetur.

§ XVII.—*Pro litteris dimissorialibus expediendis quatuor regales accipiat, et non amplius.*

Notarij, circa dimissorialium, seu testimonialium litterarum mercedem, Sacri Concilij Tridentini Decretum servant: sed quia ubi pro Officio exercendo, nullum sibi est ab Episcopo salarium constitutum, idem Concilium decimam tantum unius aurei partem, accipiendi facultatem tribuit; haec Synodus arbitratur, ut ratione hujus decimae partis, quatuor tomines tantum in hac Provincia accipiant; si quid amplius, teneri in conscientia ad restitutionem decernit, praeterea poenis a jure statutis juxta praedictum Decretum punientur.

§ XVIII.—*Publicis poenitentibus ipsimet intersint.*

Executioni poenarum, et poenitentiarum sollempnium ex delicto, Notarij principales, una cum executore Tribunalis Ecclesiastici praesentes intersint, ipsique, aut Parochi, in eorum praesentia in Ecclesijs, ubi hujusmodi sit executio, ejus causam, et rationem Populo denuntient, juxta seriem sententiae contra reos latae, nec quemquam ad id in sui locum substituant: quod si semel contra fecerint, pondo uno mulctentur; si bis, duplo magis; si ter, usque ad privationem officij, arbitrio Judicum poena accrescat.

§ XIX.—*Pro actis custodiendis, quaerendisve nihil accipiat.*

Nihil mercedis pro custodiendis, ordine disponendis, quaerendisve processibus accipiant, aut eorum Ministros accipere permittant, sub poena reddendi duplum, cujus tertia pars delatori tribuatur, nisi processus, aut finiti jam sint, aut adeo ab antiquo pendeant, ut Judices arbitrio pro illis invenendis, quicquam mercedis constituatur.

§ XX.—*Pro scripturis, aut instrumentis in linguam alteram traductis nil amplius accipiat.*

Pro scripturis, quae in vulgarem linguam transferentur, si pro ipsis antea stipendia soluta sunt, quamvis cum Interpretis juramento denuo producantur, nihil quicquam salarij accipiant, immo ad effectum

hujusmodi utraque scriptura, tempore productionis, et executionis una tantum sentiatur, sub poena quadrupli, cujus tertia pars nuntiatori applicetur.

§ XXI.—*Cum scripturarum testimonia tradat, originalia retineat.*

Notarij, quando scripturas ab ipsis confectas, signo suo munitas tradiderint, earum Protocollum cum subscriptione partis apud se retineant, qua in re omnes servent, quod Notarij Regijs praeceptum est, sub poenis eisdem impositis, juxta horum Regnorum leges, Protocollumque habeant annorum ordine, et Alphabeto distinctum, ut solent Notarij, sub poena pondo viginti.

§ XXII.—*De Visitatoris, ejusque Notarij salario curam gerant.*

Si apud Notarios Ecclesiasticae Curiae, incepta aliqua in visitatione negotia expediantur, exigant etiam Visitatoris, et ejus Notarij salaria, eisque infra diem statim a reditu visitationis persolvant, sub poena dupli.

§ XXIII.—*Idem circa Vicarios, eorumque Notarios.*

In negotijs, quae a Vicarijs ad Officiales deferuntur, Notarij in testimonialibus delationis, litigatoribus concessis, taxationem expensarum describant, Vicarijs praedictis, eorumque Notarijs debitarum.

§ XXIV.—*Non plus exigant mercedis, quam debeatur, si instrumentum aliquod producerint.*

Si ad usum unius tantum instrumenti totus processus producatur, nihil aliud accipiant, quam quod pro illius instrumenti productione debetur, sub poena reddendi duplum.

§ XXV.—*Notario mortuo, aut ab officio remoto, Judex ipse curam tabularij gerat.*

Quando Notarius aliquis Curiae Episcopalis mortem obierit, aut ab Episcopo, vel ejus Officiali fuerit dimissus, Judices Protocolla, et scripturas custodiant, ut est per Legem Regni dispositum.

§ XXVI.—*Qui Notario successerit in Officio, tabularij curam in se recipiat, inventario confecto.*

Notarius vero in ejus locum successerit, facta inventario, illa recipiat, ut ipse deinceps de scripturis hujusmodi praedecessoris sui, si petantur, rationem reddat, ad praescriptum ejusdem Legis, et pro Notarij mortui, vel dimissi Protocollis, ei aut ejus uxori, sive filijs summam, de qua convenirent persolvat, qui si discrepaverint, aequa moderatione adhibita, eos Judex concordet, omni appellatione remota, quia gratis, et sine ullo praetio ad haec officia ipsi deliguntur.

§ XXVII.—*Multas, aut res depositas in se ne recipiat.*

Multas, aut quaevis alia deposita jussu Judicum facta, Notarij in depositum ne recipiant, sub poena decem pondo quoties secus fecerint.

§ XXVIII.—*Notariorum Receptorum delectus, et qualitates.*

In omnibus Ecclesiasticis Curijs hujus Archiepiscopatus, et Provinciae, ut commodius fieri poterit, Tabelliones, qui Receptores dicuntur, duo sint timoratae conscientiae, homines, idonei, usu, et experientia in negotijs exercitati, in examinandis testibus periti, secreti amatores, atque fideles, qui ab Episcopo, sive ejus Officiali examinentur, ab eisdemque deligantur, et deputentur, ut per spatium unius anni, vel minus hoc Officio fungantur, ad Episcopi, seu ejus Officialis arbitrium.

§ XXIX.—*Quid possint isti gerere?*

His autem Receptoribus, si litigatores petierint, vel Judices ita sentirent convenire, pro opportunitate negotij, probationes eae committantur, quas Notarij recipere non valent, nullasque alias faciant, nec in plenario, nec in summario judicio, quam quae sibi ab officialibus injunctae sint; etiam ex commissione Vicariorum denuntiationes nullatenus faciant, nec ab eis factae admittantur. Ipsi, aut alij per eos, in quacumque causa delatores esse non possint; probationes per eos factas, ante publicationem directe, vel indirecte ne revelent; et si in aliquo huic Decreto contraverint, per semestre suspendantur; si bis, Officio priventur. Quando vero Visitatores extra, vel intra Cathedralium Ecclesiam visitaverint, Receptores hujusmodi Officium Notarij vicissim exercere poterunt, ab antiquiori incipiendi, nisi aliud Episcopo videbitur. Eo tamen anno, quo Officium hoc obierint, ratione salarij, illud accipiant, quod solent Notarij visitatoris, itidemque, quod juxta taxam sibi constitutum est. Processus visitationis coram eis confecti, cum primum terminati sint, Visitatoribus tradant, a quibus juxta ordinem, titulo de visitationibus praescriptum, custodiantur; Notarij, et Receptores non solum ipsi per se, quando sibi commissum fuerit, testes examinent, sed etiam eorum dicta propria manu scribant, neque id per suos Ministros, aut coram eis faciant, quae postquam scripta sint, usque ad publicationem clausa asservent. Si vero ipsi absentia, senectute, aegritudine, aut alias legitime impediuntur, quominus scribere possint, alius ex Notarijs, vel Receptoribus a Iudice causae, ad id deligatur, et deputetur, ipsis inter se circa sua salaria convenientibus; hujusmodi autem dicta testium, sic scripta Notario originario tradantur, ut ea ad supra scriptam formam custodiat. Quod si id adimplere semel negligenter omiserit, poena trium pondo subiaceat; si bis, pondo sex, et suspensionis per dies quindecim; si ter, pondo duodecim, ac suspensionis per bimestre.

§ XXX.—*Quid agere debeant, cum negotij causa aliquo mittuntur?*

Receptor aliquo ad probationem recipiendum iturus, prius ne mittatur, quam ante Notarium juret, se bene, et fideliter acturum, et aequitatem in ea commissione parti utrique servaturum, nihilque praeter salarium, et quod sibi taxa constitutum est, accepturum, ad idque moram temporis opportunam, tantum insumpturum, etiamsi a tempore causae praefinito aliquid supersit. Quod re ipsa adimpleat, nec a litigatoribus quicquam, etiam esculentum, accipiat, aut ad eorum domus hospitij causa divertat: si contraverint, ultra perjuri poenam, duplum restituat.

§ XXXI.—*Pro testium examine in Civitate facto nil accipiant.*

Pro recipiendis testibus intra Civitates, ubi Curia Ecclesiastica residet, salarium ne accipiant, nisi talis causa sit, aut tot articuli, de quibus interrogandi sint testes, ut in his laboriosissimam operam impendant, quo in casu, a Judicibus pro laboris merito aestimetur, nihilque aliud exigant, quam quod fuerit aestimatum, ac emolumenta sibi praefinita ex taxa, sub poena reddendi duplum; aestimatio vero hujusmodi juxta taxam, fiat quae de hac re Notarijs est constituta.

§ XXXII.—*Si quid a litigantibus petant, quid, et quantum ipsis debeatur, declarent.*

Receptores, aut Notarij, cum salaria a litigatoribus petierint, manifeste declarent, quid sibi ab illis debeatur, nec pecunias aliquas postulent in partem plenariae solutionis; alias graviter usque ad suspensionem puniantur.

§ XXXIII.—*Testium depositionem illico integram scribant.*

Notarij, Receptoresve mandatum, aut testis depositionem per notas sub compendio ne suscipiant; haec postquam testis semel fuerit examinatus, ejus dictum extendant, sub poena annuae suspensionis ab officio si id primo commiserint; si vero bis deliquerint, officio priventur.

§ XXXIV.—*Nihil, donationis titulo, a litigantibus accipiant.*

Notarij, aut eorum Ministri, necnon Receptores dona ulla, pecuniasve, aut gemmas, aut sculenta a litigatoribus ne accipiant, nec eorum, aut consanguineorum domus adeant, hospitij causa, nec eorum convictores sint. Si quid vero hujusmodi acceperint, in duplo reddant, eaque sit ad hoc sufficiens probatio, quae ex constitutione legum hujus Regni recepta est.

§ XXXV.—*Quid ipsis faciendum circa monitoria?*

Excommunicationum litteras, sine consensu Episcopi, aut ab eo expressam auctoritatem habentis,

Notarij signo suo ne communitant, aut se illis subscribant, sub poena pondo decem expensis pro administratione Justitiae, nuntiatori, et pauperibus distribuendorum. Quando autem facultate (ut dictum est) praecedente secundas denuntiatorias dederint, primas monitorias recuperent; quando vero tertias contra participantes expedierint, primae, et secundae similiter apud se remaneant. Is porro ordo servetur in omnibus alijs litteris expediendis, quarum nullae apud litigatores remaneant, nisi aliud Episcopo videbitur, sub poena quatuor pondo auri communis, sumptibus pro administranda Justitia applicandorum, hujusmodi autem litterae, ad praescriptam ab hac Synodo formam, expediantur.

§ XXXVI.—Hujusmodi non, nisi typis impressae, vulgentur.

Quod, ut executioni mandetur post praesentium Decretorum publicationem, litterae praedictae impressae evulgentur, eaeque solum expediantur: ut autem registrum Ordinum diligenter conficiatur, multisque incommodis obviam fiat, quae alias oriri possunt, Notarius, seu Secretarius, ad id deputatus omnes ad Ordines promotos in registro scribat, in quo ordinatorum nomina, parentes, oppidum, Dioecesium, Ecclesiam, ubi Ordines celebrati sunt, titulos praeterea, ad quos fuere promoti cum testibus, die, mense, et anno describat, ipseque, et Examinatores subscribant. Hoc item registrum in Archivio Cathedralis Ecclesiae, cum alijs ejusdem scripturis, asservetur: nullaque deinceps testimoniales litterae dentur, nisi ab hujusmodi registro, ut praefertur subscripto, exemplum desumatur, sub poena minarum

### DEL USO DE ARANCELES Y PAPEL SELLADO

#### EN LOS JUZGADOS ECLESIASTICOS

NOV. REC. LIB. 2. TIT. XV.

DEL USO DE ARANCELES Y PAPEL SELLADO EN LOS JUZGADOS ECLESIASTICOS.

N. 1189. LEY I.  
D. Carlos I en Toledo año 1525 pet. 15, en Sevilla año 532 pet.

NOTA. Véase la nota núm. 1, pag. 39 Diccionario de Legislacion; Solorz. Polit. Ind. lib. 5. cap. 2. núm. 23.

pondo duorum, quae fabricae Ecclesiae Cathedralis, et aecusatori aequae applicentur.

§ XXXVII.—Quid facere debeant, cum ad censuras publicandas requirantur.  
Notarij omnes, tam Ordinarij, quam Apostolici ad mandata aliqua intimanda, seu ad publicandum Censuras Excommunicationis, Interdicti, aut censationis a Divinis, a litigatoribus, vel a Judice requisiti, pro ut eis jussum fuerit, id exequantur in calce mandati, intimatione, et publicatione cum testibus, necnon eorum subscriptione appositis. Quod si actorum hujusmodi transumptum petatur, illud deinde totius ratione negotij, ac responsione in eo descriptis. Si secus fecerint, graviter usque ad suspensionem, et privationem Officij, poenas dabunt. Praedicta vero publicatio e suggesto, seu alio commodiori loco, ut ab omnibus ibi praesentibus audiatur, inter Missarum sollemnia, tempore Offertorij in Ecclesia fiat.

§ XXXVIII.—Unusquisque successori suo tabularium, inventario facto, tradat.

Si quis alteri in Officio Notarij succedat, ei a praedecessore Protocolla, registraque omnia scripturarum, et negotiorum, quae apud se retinebat, adhibito inventario, in Episcopali Archivio reponendo, tradantur, idque ita facturos esse, cum ad Officium recipiuntur Notarij, jurejurando se obstringant. Secretarij tamen Episcopi eo nomine, ab eis confecta scripturarum registra successori ne dent, sed in Archivio Episcopali recondant.

NOTA. Véanse en el Diccionario de Legislacion los articulos Notario.—Escribano.

D. Felipe II en las Cortes de Madrid de 1593 pet. 41; y D. Felipe III en las de 602, publicadas en 609, pet. 35.

Los Notarios eclesiásticos guarden el arancel de sus derechos.

Por quanto por la ley precedente esta proveido, que los Jueces y Notarios eclesiásticos de estos reynos guarden el arancel de ellos; mandamos, que los del nuestro Consejo tengan cuidado de hacerlo guardar y cumplir, y den para ello las provisiones necesarias; y lo que en él no estuviere determinado, se escriba a los Perlados, que envíen los aranceles que ellos tuvieren hechos, ó los hagan de nuevo cada uno en su distrito y Juzgado, y los envíen al dicho nuestro Consejo dentro de treinta dias, para que vistos, se dé la buena orden que convenga. (ley 33. tit. 25. lib. 4. R.)

Observancia del arancel Real por los Jueces y Notarios eclesiásticos en el cobro de sus derechos.

Porque en el llevar de los derechos, los Jueces eclesiásticos y sus Notarios no guardan el arancel de nuestros reynos, habemos por el bien de estos reynos escrito a su Santidad, suplicándole, les mande lo guarden, y que proveyeramos por acá todo lo

59, en Madrid año 534 pet. 7, y en Valladolid año 537 pet. 34 y en la pet. 26 de las Cortes de 1548.

Observancia del arancel Real por los Jueces y Notarios eclesiásticos en el cobro de sus derechos.

Porque en el llevar de los derechos, los Jueces eclesiásticos y sus Notarios no guardan el arancel de nuestros reynos, habemos por el bien de estos reynos escrito a su Santidad, suplicándole, les mande lo guarden, y que proveyeramos por acá todo lo

que hobiese lugar de se proveer: y entre tanto, porque consentir que se lleven derechos demasiados es imposicion ilicita, que no se debe consentir se lleve a nuestros súbditos y naturales, mandamos a los del nuestro Consejo, que den las cartas y provisiones necesarias para los Perlados y sus Provisores, y Jueces eclesiásticos y Notarios, que en lo determinado por los aranceles del reyno guarden lo en ellos contenido; y en lo que no estuviere determinado, manden traer ante sí los aranceles del Juzgado eclesiástico, para que platicado con los Perlados que para ello fueren diputados, se dé buena orden, como convenga, y conforme aquello se moderen, y fagan como sean moderados y razonables. \* Y mandamos, que de aquí adelante se ponga en las provisiones de los Corregimientos y otros oficios de nuestros reynos, que los dichos Corregidores, Asistentes y sus Lugares-tenientes, y otras qualesquier Justicias, so pena de privacion de los oficios y de perdimento del salario, envíen relacion en cada un año, si los dichos Perlados y Jueces eclesiásticos guardan lo aquí contenido en el llevar de los derechos: y ansimismo envíen relacion so la misma pena dentro del año, en qué casos y cosas los sobredichos Perlados y Jueces eclesiásticos usurpan nuestra jurisdiccion Real; y a las ciudades que lo pidieren, se les den las provisiones necesarias que en execucion de lo susodicho se suelen y acostumbra dar en nuestro Consejo. (Leyes 27. tit. 25. lib. 4, y 17. tit. 5. lib. 3. R.)

N. 1190. LEY II.

D. Felipe II en las Cortes de Madrid de 1593 pet. 41; y D. Felipe III en las de 602, publicadas en 609, pet. 35.

Los Notarios eclesiásticos guarden el arancel de sus derechos.

Por quanto por la ley precedente esta proveido, que los Jueces y Notarios eclesiásticos de estos reynos guarden el arancel de ellos; mandamos, que los del nuestro Consejo tengan cuidado de hacerlo guardar y cumplir, y den para ello las provisiones necesarias; y lo que en él no estuviere determinado, se escriba a los Perlados, que envíen los aranceles que ellos tuvieren hechos, ó los hagan de nuevo cada uno en su distrito y Juzgado, y los envíen al dicho nuestro Consejo dentro de treinta dias, para que vistos, se dé la buena orden que convenga. (ley 33. tit. 25. lib. 4. R.)

N. 1191. LEY III.

D. Carlos II en Madrid por consultas de 9 de Dic. de 1677, 18 de Dic. de 678 y 13 de Agosto de 691 §. 15.

Observancia de aranceles; y su fixation en una tabla en las Audiencias de los Tribunales eclesiásticos.

bla en las Audiencias de los Tribunales eclesiásticos.

Porque el olvido ó el cuidado puede tener sin execucion el medio tan justo y necesario, de que en los Tribunales eclesiásticos, en todo lo judicial y derechos que deben llevar, se guarden los aranceles, propone el Consejo, con cuyo parecer me he conformado, que se podria mandar despachar provisiones a todos los obispos del reyno, para que en sus Tribunales se guarden los aranceles Reales, y se fijen, para que se tenga noticia de ellos, en una tabla en sus Audiencias. Y ansimismo, que se despachen provisiones a los Corregidores, para que cada uno en su distrito, en conformidad de las leyes del reyno y de sus instrucciones, den cuenta de como se executa la observancia de no excederse de los aranceles Reales en la cobranza de derechos por los ministros eclesiásticos (aut. 4. tit. 1. lib. 4. cap. 15 y 16 R.). (1)

(1) Por el cap. 23 de la instruccion de Corregidores, inserta en cédula de 15 de Mayo de 1788, se les previene: „asimismo cuidarán de que los Jueces eclesiásticos y los dependientes de sus Tribunales se arreglen, sin exceder con pretexto alguno, en la percepcion de sus derechos a los aranceles aprobados por el Consejo, en donde los hubiere; y en donde no, informarán exponiendo su dictamen al Consejo, para disponer el arreglo de los derechos.”

D. Carlos IV. por decreto de 20 de diciembre de 1794, inserto en cédula del Consejo de 20 de Enero de 1795.

Instruccion para el uso del papel sellado en los Tribunales y Juzgados eclesiásticos del reyno.

NOTA. Esta minuciosa y dilatada ley la omito por estar derogada por la de 23 de noviembre de 1836, que es la reglamentaria del papel sellado; y no pongo aquí la derogatoria porque ella pertenece propiamente al lib. X. tit. 24 de la Novísima, Del uso del papel sellado. Puede sin embargo verse esa de 1836 en el Diccionario de legislacion pag. 499, donde la puse a la letra.

### ADVERTENCIA.

Al concluir la parte eclesiástica de la legislacion, por si a alguno se hiciese extraño el ver tantas leyes de la potestad secular concernientes a esta materia, y que forman los primeros libros de nuestros códigos, creo oportuno y útil poner aqui la siguiente anotacion a la Ordinat. 25 en la obra Fasti Novi Orbis: dice así.

„Hinc patet, unde vim habeant Regum Catholicorum leges quae plurimae sunt de rebus ecclesiasticis Indiarum, ut haec materia integros recopilationis titulos absorbeat, et totum ferè librum primum, praeter ea